in septima terminantes eorumdem propinquitatis quam et sacri canones et ecclesiasticus
mos numerare instituit novo et inaudito errore affirmantes
quoniam fratres vel sorores inter se sunt in secunda generatione filii eorum vel filie in
quarta nepotes vel neptes in VI. Taliterque in progenie computantes et in septimo
gradu terminantes dicunt deinceps virum et mulierem inter se posse matrimonialia
iura contrahere. Et ad huiusmodi pravum errorem confirmandum in argumentum
assumunt secularem legem quam Iustinianus imperator promulgavit de suc
cessionibus consanguineorum quibus confisi ostendere moliuntur fratres in secundo gradu esse
numeratos filios eorum in quarto nepotes in VI. Sic seriem genealogie termi
nantes numeratione sanctorum patrum et antiquam ecclesie consuetudinem ad nos usque
perductam perversa quadam calliditate destruere nituntur. Nos vero deo annu
ente hanc questionem discutientes cum in synodo habita in Lateranensi con
sistorio convocatis ad hoc opus episcopis et clericis atque iudicibus diversarum provinciarum
denique diu ventilatis legibus et sacris canonibus distincte invenimus ob
aliam atque aliam causam alitam legum aliam canonum fieri computationem. In legi
bus siquidem ob nichil aliud ipsorum graduum mentio facta est nisi ut hereditas vel successio
ab una ad alteram personam inter consanguineos deferatur. Hac quidem de causa quia hereditates
nequeunt deferri nisi de una ad alteram personam ideo curavit secularis
imperator vel potestas in sin[gulis] ... quis personis singulos prefigere gradus. Quia vero
nuptie non valent [fieri] sine duabus personis ideo sacri canonone
duas in uno gradu ... constituunt personas. Utraque tamen computatio si attente
ac subtiliter fuerit perspecta idem sensisse et eadem esse in sententia
atque ad eundem terminum convenire manifestum erit. Iustinianus
namque usque ad quem gradum consanguinitas perduret in suis legibus non defi
nivit. Canones vero non ultra VII nullam numerari cognationem. Verum ipse
quod de terminatione in ipsis legibus subintulit imperator hactenus ostendisse
sufficiat quemadmodum gradus cognationis numerentur. Namque ex his palam est
intelligere quemadmodum ulteriores gradus numerare debeamus. Generatio ...